

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 29

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [3. Drittel des 9. Jh.]

Beatus Isidorus episcopus: sermo in natale sancti Iohannis evangelistae

[urn:nbn:de:bsz:31-20440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-20440)

omnibus seīs? Generatio iustorum be-
nedicatur. De malis uero ut in
praesenti loco generatio uiperarū
et requiruntur omnia a generatione
ista. Et in hiezechiel cum pecca-
ta terrae descripsisset sermo prophe-
ticus adiecit. Sinoe & iob & dani-
hel ibi fuerint inuenti. non dimitti
peccata terrae illi. Omnes iustos
qui similes forent uirtutibus eorum.
noe & iob & daniel uolens intellegi.

Ergo & isti quia similia cam & iof
contra apostolos gesserunt de una
generatione esse referuntur.

Hierusalem hierusalem quae occidis
prophe-
tas & lapidas eos qui ad te mis-
si sunt. quotiens uolui congregare
filios tuos quem ad modum gallina
congregat pullos suos sub alas suas.
& noluisti. Hierusalem non saxa
& aedificia ciuitatis sed habitatores
uocat. Quam patris plangit affec-
tu sicut in alio loco legimus. Quod
uidens eam fleuerit. In eo autem quod
dicit. Quotiens uolui congregare
filios tuos. omnes retro prophe-
tas a se missos esse testatur. Gallinae
quoque similitudine congregantis
sub alas suas pullos suos. in cantico
deuteronomi legimus. Sicut aquila
protegit nidum suum & super
pulos suos desiderat. Expandens
alas suas suscepit eos & tulit super
pennis suas. Ecce relinquetur uo-

67
bis domus ur̄a deserta. Hoc ipsum
& ex persona hieremiae ante iam dix-
erat. Reliqui domum meam. dimi-
si hereditatem meam. facta est mihi
hereditas mea quasi spelunca.

Deserta iudaeorum domus. id est tem-
plum illud quod ante fulgebant augus-
tius oculis conprobamus. qui habita-
torem xp̄m perdidit. & hereditatem
praeripere gestiens. occidit heredem.

Dico enim uobis. Non me uidebitis amo-
do donec dicatis. benedictus qui uenit
in nomine dñi. Ad hierusalem loqui-
tur & ad populum iudaeorum. Ver-
sicalum autem ^{istum} quo et paruuli atque
lactantes in ingressu hierusalem dñi
saluatoris usi sunt. Quando dixerunt
benedictus qui uenit in nomine dñi
osanna in excelsis. Sumpsit decen-
tesimo septimo decimo psalmo. qui
manifeste de aduentu dñi scriptus est.
& quod dicit. hoc uult intellegi.

Nisi poenitentiam egeritis & confes-
si fueritis ipsum esse me. de quo pro-
phetae cecinerunt. filium omni po-
tentis patris. meam faciem non ui-
debitis. Habent iudaei datum
sibi tempus poenitentiae. Confite-
antur benedictum qui uenit in no-
mine dñi n̄ri. et xp̄i ora conspicient.

IN NÄTSCIOH EUANĠELISTAE

XXXI Sermo beati isidori ep̄i

IOHANNES APOSTOLUS
ET EUANGELISTA FILIUS

zebedei frater iacobi. uirgo electus
ad dño. atque inter ceteros magis
dilectus. Qui etiam super pec-
tus magistri recumbens euangelii
sui fluentia de ipso sacro dominici
pectoris fonte potauit. Et qua-
si unus de paradisi fluminibus. uerbi
dī gratiam in toto terrarum orbe
diffudit. Quique in loco xp̄i xp̄o
iubente successit: dum suscipiens
matrem magistri discipulus par-
post xp̄m. alter quodam modo dere-
lictus est filius. Hic dum euan-
gelium xp̄i in asia praedicaret. ad
mitiano caesare in patmos insula
metallo religatus. Vbi etiam
positus apocalypsin scripsit. In-
tersecro autem a senatu domitia-
no. exilio resolutus recessit ephesū.
Ibi que ob hereticorum refutandas
uersitas. et flagitatus ab asiae
ep̄s. euangelium nouissimum edidit.
Cuius quidem inter alias uirtutes
magnitudo signorum haec fuit.
Mutauit in aurum. siluestres fron-
dium uirgas. Litora q̄ saxa in
gemmas. Item gemmas in frag-
mina. In propriam reformauit
naturam. Uiduam quoq̄ prae-
cepto populi suscitauit. Et reu-
iuuum iuuenis corpus. remeante
anima reparauit. bibens letis-

rum haustum. Non solum euasit
periculum. sed eodem prosternit
poculo. inuitae reparauit statum.

Hic autem anno sexagesimo septimo.
post passionem dñi saluatoris. sub
traiano principe. longevae uetustatis
senio fessus. cum diem trans migrati-
onis suae in minere sibi sentiret. ius-
sit se ferri effodere sibi sepulchrum.
atq̄ inde ualedicens fratribus. facta
oratione. uiuentis tumulum introiit.

Deinde in eo. tanquam in lectulo requi-
euit. Vnde accidit ut quidam eū
uiuere asserant. Nec mortuum in
sepulchro. sed dormientem iacere
contendant. Maxime pro eo quod
illuc terra sensim ab imo scaturiens.
ad superficiem sepulchri conscendat.

Et quasi flatu quiescentis. deorsum
ad superiora puluis ebulliat.

XXXII ITEM EX HISTORIA ECCLE-
SIASTICA RELATIO DE EO
DE BEATO IOHANNE.

Adi fabulam non fabulam sed rem
gestam de iohanne apostolo. & me-
moris omnium traditam. Cum
post cyranni obitum de patmo
insula ephesum rediret. rogabatur
etiam uicinas inlustrare prouincias.
quo uel ecclesias fundaret in quib.
non erant locis. uel in quibus erant.
sacerdotibus ac magistris instrueret.
secundum quod ei de uo quoq̄ sp̄s
sc̄s indicasset. Cum igitur uenis